



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Ephes. 6. Orantes omni tempore in spiritu. Et Lucæ 18. Ephes. 6.
Oportet semper orare. Ergo semper orat qui semper fidit
Deo. Conditiones orationis hæ sunt: præceptum, promis-
sio, fides, res petenda, uel spiritualis, uel corporalis, posterius
semper cum conditione, si referat Dei gloriæ & nostræ
salutis, & per quem, quia per Christum, quicquid petieritis
Patrem in nomine meo, dabit uobis, Ioan. 15. Frater etiæ Ioh. 15.
am in his toto cœlo errat.

PROPOSITIO XLV.

SEmper iejunat qui semper abstinet a peccatis.

CENSURA.

Non semper iejunat corporaliter qui semper abstinet
a peccatis.

CONDÉM. CENSURÆ.

VT magis odiosam reddat caussam Frater in hac pro-
positione meis uerbis ita præfatur, non obligatur in-
quit alius corporaliter iejunare, cum Christianus semper
iejunare & spiritu & corpore debet. Est enim duplex iejuniū **I**eiunium duplex ē
um, externum, internum, fides & opera fidei, Esa. 58. Ego
loquor de iejunio superstitionis, cuius author Montanus est. **E**sa. 58.

Origenes in Leuiticum Homelia 10. Ieiuna ab omni pec-
cato, tale iejunium Deo placet. Abstinere uero a cibis &c.
acceptum esse non potest Deo, est certe libertas Christiano
per omne tempus iejunandi &c. Hieronymus ad Lucinum: **H**ieronymus
Atq; utinam omni tempore iejunare possimus &c.

Chrysostomus Mat. 4. Ieiunium est abstinentia rei male. **C**hrysostomus
Augustini